



einzelne verzeihelt 4. III. 1915

Silvest. theol. Vol. 35

~~S. 111~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-15.
SIGNAT. CISLCCCXIII.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

Index Dissertationum.

1. M. Augusti Pfeifferi, de nominibus DEI, in lingua Ebraea, et aliis orientalibus, usitatis. Viteb. 1660.
2. M. Zachariae Graepii, Praef. Andr. Sennerto, de divinis quibusdam nominibus, in Ebraea V. T. Scriptura occurrentibus., Viteb. 1660.
3. M. Georgi Schwartzze, de nominibus DEI in genere. Viteb. 1677.
4. Georgii Söhnlini, Praef. Georg. Casp. Kirchmaier, de nomine DEI tetragrammato יהוה Viteb. 1660.
5. Joh. Frid. Scharffii, de eod. divinissimo nomine. Viteb. 1674.
6. M. Georg. Schwartzze, de nomine divino יהוה Dissert. I. Viteb. 1677.
7. Eiusdem de eod. Dissertatio II. Ibidem eodem.
8. Eiusdem, de nominibus divinis יהוה et יהוה Viteb. 1679.
9. Eiusdem, de nominibus divinis יהוה et יהוה Viteb. 1679.
10. Christianus Netzel, Praef. M. August. Pfeiffero, de nomine Jesu. Viteb. 1662.
11. Carolus Metzger, Praef. M. Joh. Clodius, de Trinitatione DEI, et, Trinitatione hominis. Viteb. 1671.
12. M. Joh. Clodius, de Illusionatione hominis, et Trinitationis DEI et Trinitationis hominis *попытка* ac supplementum, exponit. Viteb. 1704.
13. M. Joh. Cyprianus, de significatione vocum יהוה et יהוה, pro b. Joh. Jerardo, opposita, Anonymo Disquisitioni de statu, loco et vita animarum, postquam discesserunt a homine, etc. Lipsiae 1672.
14. M. Danielis Vismari Consideratio Philologica-Philosophica, aliquot V. T. Dictorum, quorum occasione, doctrina de Eclipsibus, evolvitur. Viteb. 1637.
15. Pauli Marklowsky, Turoczeni Pannoni, Praef. M. Christian. Hoffmann, Ficus arbor, philologie considerata. Graecae, 1670.
16. M. Gottlieb Eckstein, de Prophetia et Prophetis, Viteb. 1682.
17. Joh. Christoph. Wickmannshausen, de ביהוה ויהוה et ביהוה ויהוה Viteb. 1706.
18. Eiusdem Stricturae Philologicae de Galilaea. Viteb. 1711.

19. Joh: Christoph: Wichmannshausen, Dissertatio Philologica Prior, de Samaria
20. Eiusdem de eadem, Posterior. Utraque Sabinae. Wit. 1714.
21. M. Nicolai Polemanni, Praef: Anor. Sennert, Decas Thesium Philo-
logicarum, e Genesi Mosaica selecta. Vitteb 1688.
22. M. Joh: Hermanni von Elowich, Observationes Philologicae, super,
Vitt. 1712. Clarissimi viri, Bernh. Henningi Vitteri, Commentatione in Genesin.
23. Eiusdem Epistola Apologetica ad Henning. Bernh. Witterum. Vit 1713.
24. Henn. Bernhadi Witter, Epistola ad Joh: Hermannum ab Elowich.
25. M. Jo: Heluici Willemeri Observationes Philologicae, de Creatione Mundi,
Samaritani Pentateuchi textum concernentes. Vitteb. 1677.
26. Joh: Henr: Schneideri, Praef: M. Bücher, Observationes Critico Philolo-
gicae ad Gen. I. r. Vitteb. 1716.
27. Joh: Daniel Vuffelt, Praef: M. Christian: Bernh: Bücher, de Chaos
Mundi ad Gen: I. 2. Vitteb. (Vir. 1683)
28. Joh: Georgii Meißneri, Exercitatio Philologica in Gen. I. 6. 7. (Vir. 1683)
29. M. Joh: Lehmanni de Firmamento Coeli, ex Gen. I. 6. 7. 14. 15. pp. (Vir. 1684)
30. Joh: Henr: Baumgartneri, Praef: Georg: Cass: Kirchmaier, de Para-
diso, seu Horto Eden. Vitteb. 1660.
32. Georg: Frid: Heüpelii, de Creatione Euae ex costa Adami. V. 1688.
31. Joh: Georgii Englern, de arbore vitae, ex Gen. II. 9. et III. 22. 1679
33. M. Danielis Tießtruncken, Proteuangelium, ex Gen. III. 15. (Vir. 1655)
34. M. Joh: Deutschmanni, Festum natalitiorum, cum fidei omnium
viventium matre, Eua, ex Gen. IV. t. celebratum. Vit. 1654,
35. M. Danielis Tießtruncki, EXAE Positionum Ebraeo-Philologicarum,
ad Gen. IV. t. Vitteb. 1653.
36. M. Joh: Frid: Scharff, Euae emphatica verba, Gen. IV. t. examinata. (Vind. 1683)
37. M. Zacchariae Hensel, Resp: Georgio Michaelis, King. Gentium
Desiderium, ex Gen. III. r. Vitteb. 1670.
38. Fridenci Meißer. Praef: Augusto Pfeiffero, de Colloquio Caini
et Abelis, ad Gen. IV. 8. Vitteb. 1671.



Vitreb. 1713

- 39. M. Christian Carol Stempel, de signo Cain posito, ex Gen. IV. 15.
- 40. Casparis Petri Hülsemanni, Praef. August. Pfeiffer, Henoch descriptus, ex Gen. V. 22. 23.
- 41. M. Joh. Heint. Albinus, de libro Henochi Prophetico Vit. 1696.
- 42. a) M. Frid. Jacobi Firmhaber, Selectae de Henochi Quaestiones, Dissert. I.
- 43. b) Eiusdem Selectae de Henochi Quaestiones, Dissert. II.
- 44. c) Eiusdem eadem, Dissert. III. Habere suo Vit. 1716.
- 45. M. Christoph. Reücklin, de Diluio Mosaico, ex Gen. VI. Vit. 1685.
- 46. Andr. Sennert, de Gigantibus, ex Gen. VI. 4. Deut. XIII. 34. Jos. XIV. 15. etc.
- 47. M. Joh. Carol. Althardt, textui authentico consentaneus sensus, ex Gen. VI. 26.
- 48. M. Joh. Henr. Thomae, de lingua Abrahae antiquitate et veritate, ex Gen. XI.
- 49. J. Dami Schmidt, Praef. M. August. Pfeiffer, de lingua protoplastorum, s. primaeua.
- 50. Joh. Christoph. Caspar, Praef. Schroeder, de lingua prima, ex Gen. XI. 1.
- 51. M. Georg. David Ziegler, Praef. Sennert, de confusione linguarum Babylonica.
- 52. M. Wilhelm. Wilchius, de Asphaltide, occasione dicti, Gen. XIV. 3. Vit. 1706.
- 53. Eiusdem de eod. Dissert. II. Ibidem eodem.
- 54. M. Joh. Herm. von Horwich, Praef. Wichmannsk. Melchisedecus ab
invenia Petri Juniaci defensus. Vit. 1710. (Ibidem eodem.)
- 55. Eiusdem, Melchisedecus, ab Henr. Hulsio minus feliciter in Henoch detectus.
- 56. Eiusdem, Melchisedecus, ab Henr. Hulsio, in Pentii Mythologia frustra quaesitus.
- 57. M. Joh. Tromme, Praef. Sennert, de Ur Chaldaeorum, ex Gen. XV. 7. 1689.
- 58. M. Christianus Lohr, de Circumcisione Judaeorum, ex Gen. XVII. 10. 11.
- 59. Eiusdem de ead. ex Gen. XVII. 12. Ibidem eodem.
- 60. Eiusdem de ead. ex Gen. XVII. 13. 14. Ibidem ad 1680. (Vit. 1678.)
- 61. M. Gottlieb Celslein, Speculum Aegyptiacae Abrahamiticae, ex Gen. XVIII. 27.
- 62. Joh. Lehmann, Praef. M. Misd. Liebentantz, de terra Moriah et monte Vi-
sionis Dei, ex Gen. XXII. 14. Vit. 1670.
- 63. M. Misd. Liebentantz, de Raedibus deliciis Sudaem, ex Gen. XXX. 14. 1670.
- 64. Joh. Ernesti Veber, Diversicolor orium foetus, opera Jacobi yeductus, in caelis suis
naturalibus confectus. Vit. 1668.

maria
ilo-
per,
in.
713
ch.
undi,
lo-
683
py.
a-
1688
679
5.
ium
m,
83.
7)

EXPOSITIO QUORUNDAM NOMINUM.

65. Augusti Pfeiferi, de Teraphim, sive, idolis Labani, quae Rachel
 iurata legitur Gen. XXXI. Viteb. 1765.
66. Joh. Christoph. Wichmannshausen, de Teraphim Viteb. 1705.
67. M. Gerhard: Herman. Mencke, de iuramento Jacobi et Labani,
 ad Gen. XXXI. 53. Viteb. 1710. (Viteb. 1661.)
68. Martini Arrien, Praef. Agidius Stranchis, ad Gen. XXXV. 16. seq.
69. Wichmannshausen, de statu Rachelis sepulchrali. Viteb. 1706.
70. M. Frid: Vicci, de Praeconiis Josephi Aegyptiaco ad Gen. XII. 43.
1657. Viteb. 71. M. Joh. Casp. Kravise de יְדִי'וֹת וְיָבֵדָה ex Gen. XLIV. 5.
1706. Viteb. 72. M. Joh. Adolph: Müller, de Pastore Aegyptis iniusto, ex Gen. XLVI. 34.
1715. Viteb. 73. Eiusdem, de eod. Viteb. 1715.
74. Andr. Sennerti, de Septro Judah, non auferendo ante aduentum
 Schiloh Messiae, ex Gen. XLIX. 10. Viteb. 1675.

EXERCITATIO PHILOLOGICA,

DE

LIBRO
HENOCHI
PROPHETICO,

Quam

In Academia Wittenbergensi

PRAESES

M. JO. HEINR. ALBINUS,
Wirsberga Francus,

Et

Respondens

GOTHOFREDUS KLEINPAULUS,

Ziegenhayna Misnicus,

Ad Diem Junii A. E. S. MDCCXVI.

In Auditorio Sapientum

publico Eruditorum examini
submitunt.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS HAKII.

EXERCITATIO PHILOLOGICA

DE

LIBRO

HEINRICHI

PROPHETICO,

In Academia Wittenbergensi

PRAESES

M. JOHANNES ALBINUS,

Wittembergae Francus,

GOTTHOFREDUS KLEMPAULUS,

Ad Dicum

In Altdamno

Publico

Typis JOHANNIS HARTI

hibe
hic
scen
dere
para
cor
ctur
sint
ven
libe
lam
ram
rum
re, u
ing
Pat
riun
me
ten
suis
is p
(a) l
c.
lu
m
A
IV
f.
ic
vo
m
(a)
z
D
C
mar



CUm nuper, non sine summa animi voluptate, legerem Scriptorem, in omni genere literarum peritissimum, (a) *Tertullianum*, atq; in illo deprehenderem iterum iterūq; mentionem fieri *libri Henochi Prophetici*, (b) non parum inter legendum hæsitavi, & rationem in consilium adhibens, mecum cogitavi: possit ne fieri, ut aliquis scriptor θεόπνευτος, (c) hic esse deberet, quia nulla προφητεία nisi a Deo (c) historico illo mundi nascentis [d] extiterit antiquior? Veniebat quidem in mentem nonnullos tradere, *Jobi* librum, quem falsò quidam Rabbini cum Anabaptistis drama, vel parabolam esse dicunt, (e) ab illo *Operario victoria Dei*, (f) vel a quodam ex amicorum numero fuisse conscriptum, (g) & a nepotibus Jacobi in *Egypto* lectum, qui ex illo spem solatiumq; laborum petière, fore, ut cum duplicandis sint lateres, vel ut hujus adagii sensum explicat *Ezechiel*, Poeta tragicus; (h)

Βασιλεὺς παραώλγῃς ἐὰν ἐν πλινθίσμασιν
ὀικοδομίας τε βάρεισιν ἀκρίσῃ βροτῶς,

venturum tandem *Mosen*, talem sc. virum, qui eos rude sit donaturus, atq; in libertatem asserturus. Verum hoc *Henochi* scriptum propheticum ipso *Jobi* lamento esset multo vetustius. Hinc cum ab animo meo impetrare non poteram, ut assensum præberet, eò deveni, ut arbitrarer, principem *Patrum Latinorum*, [i] sicut in doctrina aliquid humani est passus, [k] ita facile potuit accidere, ut forsitan memoria lapsus, aut in fervore scribendi (erat enim natione & ingenio Afer (l) calam⁹ præcurreret mentē. Posteaquam vero alios consulerē *Patres*, ut ex *Græcis*: *Originem*, (m) & *CL. Alexandrinum* (n) ex *Latinis*: *Hilariūm* (o) *Augustinum*, (p) *Hieronym.* (q) atq; invenirem illos pariter libri hujus meminisse, parum abfuit, quin manibus pedibusq; in eorū descendissem sententiam. In tantū enim tribuere soleo istis priscæ fidei Doctoribus, qui scriptis suis verbum propagarunt divinum, *Eccles. Dei* præfuerunt, (r) laboribus suis profuerunt, [s] doctrinam confirmarunt sacram, (t) dubia nonnunquam decla-

A

(a) Lactant. Div. Inst. lib. V. c. 1. (b) de habitu mul. c. 3. Apol. c. 22. de Idol. c. 4. de cultu fœm. c. 5. (c) II. Pet. I. 21. (d) ita *Mosen* appellat Prudent. hamarrig. v. 341. (e) B. Calov. Bibl. illustr. præfat. in Job. B. Walth. Offic. Bibl. p. 981. edit. Lips. 1636. 4. (f) Tertullianus *Jobum* sic nominat lib. de patient. p. 9. edit. Par. 1580. f. (g) Huetius in *Demonst. Evang.* p. 323. ed. Amst. 1680. 8. qui tamen *Mosen* ejus facit autorem. confer. J. H. Ursini *Annal.* vol. II. lib. IV. c. 11 & 12. (h) *Ἐξαγωγῆς* vers. 8. 9. extat T. III. *Poet. græc.* à Jac. Lætio edit. Gen. 1606. f. (i) Vincent. Lirin. *Commonit.* c. 8. (k) Hieron. *Catal. script. Eccl.* Gerhard. *Patrol.* p. 109. Danhauer. *Christ.* p. 360. Chemnit. *Orat. de lect. Patr. loc. Theol. præfix.* (l) quod vehementi fuerit ingenio testatur Hier. in *Cat. S. E. Vinc. Lirin.* in *Common.* c. 6. *Pamel.* in *vita Terr.* edit. Antvv. 1584. præfixa. (m) *Hom.* 28. in *Num.* (n) in *Eclogis* τῶν *ἑρμῶν*. p. 888. ed. Col. (Witt.) 1688. f. (o) *Comment.* in *Psal. CXXXII.* (p) de *Civ. Dei* XV. c. 2. & *XIIX.* c. 38. (q) *Cat. S. E.* in voce *Judas.* (r) vid. *Scriptores Patrologici* Gerhardus, Olearius, Cave, Labbe & c. (s) *Iren.* de *hær.* L. III. c. 3. (t) *Iren.* loc. cit.



declararunt, (a) capita cœlestis doctrinæ præcipua servarunt, (b) historiam Ec-
 clesiæ pertexerunt, (c) & fidem contra hæreticos strenue defenderunt, (d) quas ob
 has rationes *Patres* appellamus, ut nonnunquam malim cum illis in quibus-
 dam errare, (e) & quædam nescire [quod etiam boni Grammatici esse *Varro*
 docuit] quam cum aliis nimium sapere, ac omnem sibi arrogare scientiam,
 sicut *Cæsius Philos.* *Epic.* nominis Christiani hostis, (f) hoc de se jactitabat. (g)
 Tanta igitur videndi librum istum cupiditate flagrabam, quanta vix ante-
 hac magnus ille venator librorum [h] potuit eodem hoc de libro incendi *Pei-*
rescius, qui ejus parandi studio nullis parcens sumptibus, ad se perferri MS. ex
 oriente curavit. (i) Paucis post interjectis diebus voti me hujus damnavit
Jos. Scaliger, ille *Æsculapius* rei literar. [k] qui ex *Georg. Syncello*, *Tarasii Patriar-*
cha, (l) descriptum, notis suis ad *Eusebium* doctissimis inseruit; (m) quo viso, pu-
 tavi me, non quod pueri in faba, reperisse, d. thesaurum *Craſſi* opibus non com-
 mutandum invenisse. Verum thesaurus iste carbones erant, &, quasi *Ixion*
 nubem pro *Junone* sui amplexus. (n) Nihil enim aliud in se continebat,
 quam nugas quasdam *Judæorum* de *Egregoriis*, quod rem habuissent cum fi-
 liabus hominum, & beneficio magiæ mirabilia præstare potuerint, nec non
 hujus furfuris alia. (o) Cum itaq; malè me collocati temporis pœniteret, ani-
 mus erat canoras istas refutare nugas, & omnibus ad deridendum propina-
 re. Sed vero animadvertens, me cum larvis luctaturum, aut cum *Pisyllis*, *A-*
fricæ populis, contra ventos pugnaturum, (p) mutavi propositum, meliusq;
 & operæ magis pretium me facturum putavi, si probatum demonstratumq;
 darem, *Henochum* planè nullam scripsisse *ἠποφυσίαν*; & deinceps declararem,
 quis malus error abstulerit *Patres* & alios, qui non parum illorum autoritate
 com moti, animum ad tale quid credendum induxere.

§. II. Nolumus in præsentem nunc quicquam adducere de vita *Henochi*
 religiosa, & quod primus fuerit *Theol. Doctor*, (q) quod ab eo occasionem

(a) vid. inpr. *Athan.* *Chrysoſt.* *Basil.* *August.* *Hieron.* *Theodor.* *Comment.* in *S. S.* (b) vid. *B.*
Bebelii *Antiqv. Eccles.* *Henr. Eckardi* *Theol. Patr.* *Hotting.* *Bibl. quadrip.* pars III. (c) *Euseb.*
Socrates. *Theodoretus.* *Sozomenus.* *Theodor. Lector.* *Evagrius.* ex instituto hist. *Eccl.*
 scripserunt, & hinc vocantur *Scriptores hist. Eccl. veteres.* opt. ed. *Rob. St. Par.* 1544. f.
 alii sparsim in operibus suis statum *Eccl.* describunt. (d) *Athanasius.* malleus ille *Arria-*
norum. *Chrysoſtomus.* *Augustinus.* *Irenæus.* *Cyrillus.* *Philastrius.* vid. *Conciliorum*
Scriptores & collectores: Merlinus. *Surius.* *Nicholius.* *Crabbius.* *Binnius.* *Labbeus.* (e)
 de erroribus *Patrum* vid. *Chemnit. l. c.* *Botſacci* *patrologia.* *Rivetus* in *Crit. S.*
 p. 56. sq. ed. *Gen.* 1660. 8. *Hyper.* de form. stud. *Th.* p. 644. sq. ed. *Baf.* 1556. 8.
 (f) *Hornius* hist. *Phil.* lib. V. c. 4. vocat *Stoicum*, nobis magis arridet *Jonſii* sen-
 tentia de script. hist. *Phil.* p. 322. edit. *Franc.* 1659. 4. (g) *Orig.* adv. dictum *Cel-*
sum lib. VI. c. 3. (h) *Morhoſus* ita appellat *Nic. Cl. Fabr.* de *Peirescko*, *Polyh. lit. L. l. c.*
 6. p. 47. (i) vid. *P. Gaſſendus* in ejus vita *L. V.* ad an. 1633. p. 168. ad *Hag.* 1655. 4. (k)
Lipſ. Satur. I. 3. (l) *Vossius* *Hist. Græc.* II. 24. (m) p. 244. ed. *Lugd. Bat.* 1606. f. ex illo re-
 perit *Christ. Schottanus* *Bibl. hist. sac.* p. 83. ed. *Franeck.* 1660. f. (n) *Lucianus* in *dial.*
Deor. (o) vid. post cit. *Scal. Athan.* *Kircherus*, qui librum hunc in *Biblioth. gr. Salv.*
Messanæ in *Sicilia* invenit, & latinitate donatū *Oedipo* suo *T. II. class. 2. c. 2. §. 4.* inseru-
 it. (p) *Herod* in *Melpom.* (q) ita vocat *Henochum* *R. Jucha* cit. *Hotting.* in *Smegmat.*
orient. p. 239. ed. *Heidel.* 1658. 4t.

modo deus suorum Deorum nomines profani sumpserint, (i) quod in Theologia
 mythica iapius veniat sub nomine Atlantis, (a) & modo vocetur Nannacus,
 (b) modo Annacus dicatur, (c) modo appelleretur Kannacus, (d) & quæ alia hu-
 jus generis sunt: Nec etiam nugæ Rabbiorum & aliorum referre placet, qui
 tam multa, & tam varia de nostro commenti sunt Enocho, ut, si legas omnia,
 Jovem lapidem jures, eos consilium iniisse instar viatorum illorum, ut, qui
 portentosissimum sit excogitaturus somnium, palmam sit reportaturus; sed
 svaviter acquiescimus in istis, quæ in divinis leguntur pandectis & pro-
 babili ratione ex illis concluduntur, quod nempe Patriarcha iste ab Adamo se-
 ptimus, (e) postquam tot annos, quot dies in se complecti solet annus vertens,
 hominum consortio & Dei familiaritate usus esset, (f) verumq; Numinis cul-
 tum strenue promovisset, (g) nec non scelera mortalium serio redarguisset, (h)
 vivus per fidem [i] à Deo in cælum, (k) haud dubiè spectantibus aliis, (l) sit
 receptus, & æternitatis Candidatus factus, (m) egregio ad posteritatem tum divi-
 næ gratiæ, tum immortalitatis animæ exemplo (n) quod nempe adhuc aliare-
 stet vita, sicut rectè de eo cecinit Poeta Christianus: (o)

Vivit adhuc, & habet vitæ jam regna futura.

§. III. Cum vero indubia sacrarum literarum oracula nos reddant cer-
 tiores, Henochum fuisse præconem (p) illius judicij cum sua pro merito dabit uni-
 cuiq; labore Præmia digna iudex (liceat mihi cum Alcimo loqui) (q) putarunt non-
 nulli hoc suo munere non potuisse ritè eum defungi, nisi & literis consignaf-
 set hanc suam προφητειαν, quam alii pro libro canonico habuerunt, quos inter
 Tertullianus; (r) alii ab Henocho quidem conscriptum, d. canonis auctoritatem
 non obtinuisse, quæ in opinione cum aliis ex Doctoribus primit. Eccles. fuere
 quamplurimi. (s) Ast quæquam multum canæ antiquitati tribuamus; non
 tamen ingenio sumus adeo servili, ut cum Pontificiis nefas habeamus morte
 piandum, si quis vel transversum recedat ungvem à Patrum sententia, (t) ut
 vult Glessator Decreti, qui in alterum, ab hæreticis, olim Patres planè aspernan-
 tibus

A 2

(i) Salmas. Exerc. Plin. p. 964. non autem fuit Idololatriæ autor, sicut nonnulli voluere, quos
 refutavit Dan. Class. in Theol. Gent. p. l. c. 4. §. 1. p. 4. (a) Euf. Pr. Ev. L. l. X. c. 3. (b) de hoc
 vid. Svidas in Lex. (c) de isto vid. Steph. de urb. in voce Iconion. (d) de illo Hesych. Lex.
 Hos vero tres intelligendos esse per Henochum tradit Sam. Boch. in Phaleg. L. l. c. 1. d. e) in
 linea sc. Patriarchali. (f) Gen. V. 23. confer. Zonar. Annal. Tom. I. p. 9. ed. Bas. 1557. f. (g) Hist.
 Eccl. Goth. lib. I. sect. I. §. 20. p. 5. h) B. Luth. Comment. in Gen. p. 78. ed. Witt. 1580. f. (i)
 Hebr. XI. 5. (k) In Pardaysum terrestrem cum nonnullis Judæis & aliis volunt Bellarm. de
 grat. pr. hom. lib. I. c. 12. Casp. Sanct. Com. ad 2. Reg. II. (l) Gerh. in Bibl. Vinar. Gen. l. c. (m)
 Tertull. ita eum vocat lib. de Resur. p. 62. ed. cit. (n) Anastasius Sinaita putat hanc E-
 nochi translationem fuisse typum resurrectionis Christi. vid. ejus Hexaem. quod habe-
 tur in Bibl. Patr. Tom. VI. p. 690. ed. Col. 1618. XVII. vol. f. (o) Cl. Mar. Victor l. II. Carm.
 in Gen. p. 328. ed. Bas. 1562. inter Poetas Christ. a Fabrit. editos (p) Ep. Judæ com. 14.
 (q) Alc. Avirus ad Fuscin. soror. v. 800. (r) vid. supra §. 1. lit. a. (s) vid. Jac. Bolducius
 de Eccl. ante Mosen L. I. c. 1. (t) Lindanus in Panopl. lib. III. c. 13. Melch. Canus Loc.
 Theol. lib. VII. c. 3. n. 10. Stapletonus in relect. princ. fid. præfat. Bellarm. de Christo
 I. II. c. 2. de purgat. lib. I. c. 10. Salmer, lib. I. in Epist. Paul. part. III. disp. 6. aliique

tibus, (a) extremum est prolapsus, & jussit: omnia in Patribus servanda esse, & ad
 joda; (b) sed placet nobis Augustini sententia, qui scribit: Neque enim quorumlibet
 disputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, velut scripta canonica
 habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia, quae illis debetur hominibus, ali-
 quid in illorum scriptis improbare atque respicere, si forte invenerimus quod aliter senserint
 quam veritas habet, vel à nobis, vel ab aliis intellecta. (c) Hinc & dicimus: Quod si
 P. Septimide prophetia Henochi sententia locum habere posset, neutiquam de-
 beret tam multis scaterere ineptiis, quoniam castitas canonis (loquor cum Augu-
 stino) eas non recipit. (d) Quod si tamen quis cum Hipponensium praesule exci-
 piat & dicat: Aliquando fuisse canonicum, postea vero periisse, & alium fuisse suppositum.
 (e) Verum enim verò dudum argumentis invictissimis demonstrarunt nostrae
 Theologi, & Atlantes verae religionis, nullum librum interuisse, vel inte-
 rire potuisse, nisi velimus in divini Numinis benignitatem esse injurii. (f) Plu-
 res nunc in praesenti adducere nolumus rationes.

IV. Jam itaque secundo loco dispiciendum erit, num rectius forsitan ac melius
 altera pars senserit. Quod si nos aliae nunc rationes deficerent, facile fore scaris
 gravem adversae parti movere controversiam de literarum origine, quod nul-
 lo argumento firmo posset demonstrare, ante diluvii illius universi tempora,
 scribendi rationem in usu fuisse. Nam quicquid de literis Patriarcharum An-
 tediluvianis, utpote Adami, Sethi, Henochi, tradiderunt non omnia nulli habemus
 pro fragmentis. (g) Ut h. l. saltem aliquid de Henochis, ἡνὸχ καὶ παρὸς, dicamus,
 impetrare à nobis non possumus, ut fraudes dolumque malum J. B. Hephurni
 occultemus. Posteaquam enim Jo. Aug. Pantheus, Venetus sacerdos, primum
 in lucem publ. se protulisse literas Henochi esset gloriatus, quasi invenisset la-
 pidem Philosophorum, in quo inveniendis multi facti sunt μαρτύριοι, atque edidit
 Venetiis 1530. librum, miro titulo & hybrita voce, ad terrorem audientium
 confecta, (h) inscriptum: Voarchdumia [i] contra alchimiam; rei hujus novita-
 te commotus CL. Duretius, Gallus, statim inseruit historiae suae de LL. universi,
 quem Gallico idiomate publicavit. Verum Jac. Bonav. Hephurnus, Scotus, cum
 videret, non per omnia approbari alphabetum Panthei & Dureti, paululum ab
 illis

(a) Nestorius & Aetius ap. Socrat. H. E. lib. IV. Arrius ap. Theodor. H. E. lib. V. Eutiches, ut
 refert Binnius in Act. Concil. Chalced. (b) Glossa in cap. Noli. dist. 9. vid. Notae in marg.
 nefas ducunt (c) Aug. Epist. CXI. cui adde Vincent. Lerin. Common. c. 11. Libenter re-
 geremus errores Patrum, nisi potior veritatis habenda esset ratio. De libertate Patres
 judicandi vid. Bossacci Patr. Stud. 1663. 8. edita. (d) de Civ. Dei XXIX. 19. (e) lib. cit. XVII.
 33. cum quo idem sentit Serran. Com. in Ep. Jud. (f) Gerhar. in Exeg. de Script. Loc. 1. §. 108.
 Affelm. Syntagm. Theol. p. I. disp. III. qv. 1. Walth. off. bibl. p. 1168. sq. Calov. Syst. Th. T.
 1. c. 4. qv. 26. Qvenst. Syst. Th. p. I. c. 4. sect. 2. qv. 16. River. Hag. ad S. S. c. 6. Hotting-
 Thes. phil. lib. XI. c. 2. sect. 2. (g) horum characteres exhibet Bañgius in Caelo Orient.
 Exerc. II. (h) vid. Hieron. in Catal. Script. Eccles. voce Araxas. (i) quid denotat vocab.
 Voarchumim vid. Mich. not. ad Gassar. n. 7. p. 14.

illis abiit, & expressurus *Enochi* characteres in *Virga sua aurea*, hodiernos characteres Hebræorum, sed elegantiusculè sculptos & punctulis in medio instar rhomborum pulcherrimè cœlatos, pro *Enochi* literis venditavit. Hæc res cum successu suo non destitueretur, dum & à Censoribus Rom. fuit approbata, & publicæ fraudes Superiorum privilegio confirmarentur, inmane dictu, quàm creverit comminiscendi audax libido, quantas vires sumserit, velut fama eundo, quanta fœdum literarum nothorum facta sit accessio. Mox enim *tabula Hephurnea* instar fœcundæ matris aliud peperit *Chaldaicum* alphabetum, aliud *Babylonicum*. (a) Ast non potuit audaculus ille literarum faber cornicum oculos configere, nec *Scaligero*, illò abysso eruditionis, (b) palpum obtrudere, qui ad primum *tabulæ Hephurnea* aspectum, instar *Archimedis*, fraudem aurifabri invenientis, exclamavit: *ἄσχημα!* (c) Tutius itaq; aliquis posset cum *Herodoto*, (d) *Euphoro*, (e) *Artapano*, (f) *Lucano*, [g] *Plinio*, (h) *Critia*, (i) *Curtio* (r) *Pomp. Mela*, (k) *Phornuto*, *Herodiano*, *Ruso Festo*, *Zopyrio*, (l) *Scaligero*, (m) *Alex. Neaplitano*, [n] aliisq; [2] *Phœnicibus* adscribere illud literarum inventum, *cujus unius rei usu scimus maximè constare humanitatem vite, memoriam, & hominum immortalitatem*, teste *Plinio*. (3) Vel si hanc rem divinam, prout appellat *Gregor. Tolosanus*, (o) quod ex XXIV. literis, vel interdum apud aliquas nationes paucioribus, infinita vocabula, mentes diversæ & contrariæ, actus omnium hominum & ipsæ cogitationes possint efficacius quàm ipsa pictura representari, velimus Viro aliquo sanctiori vindicare, cui per crebrum cum Deo commercium illud revelatum sit, velut *Socrates* apolite apud *Platonem*, (p) *litteras seu Deum aliquem, seu hominem divinum excogitasse*, ait; quis, quæso, sapius cum divino Numine collocutus est, quàm *Moses*? qui plus sexcentis ferè vicibus, cum *Jehova*, ut familiaris cum familiari habuit colloquiū. Nec desunt hujus sententiæ patroni. Ex antiquis enim *Eupolemus*, (q) *Artapanus* [r] *Theodoretus* (4) *CL. Romanus* (s) atq; *Eusebius* (t) quibus adjungi potest *Isido-*

A 3

(a) vid. Bang. Cœl. Or. p. 103. ed. Hafn. 1657. 4. (b) Heinsius in Orat. fun. (c) Epist. IV. 444. ad Jo. Laet. Confer. Ath. Kirch. Prodrum. Egypt. c. ult. p. 222. ed. Rom. 1636. 4. (d) lib. V. c. 58. (e) citante CL. Alex. Strom. lib. I. p. 306. (f) ap. Euseb. Præp. Evangel. IX. 27. (g) lib. III. v. 220. (h) lib. V. 12. VII. 56. (i) ap. Athen. lib. I. Deipnos. c. 6. (j) lib. IV. c. 4. (k) Geograph. p. 68. ed. Bas 1521. 4. (l) citat hos Herm. Hugo lib. de pr. scrib. orig. c. 3. p. 4. ed. Antvv. 1617. 8. (m) in notis ad Euseb. p. 102. ed. Lugd. 1606. f. ubi & exhibet veterum Phœnicum litteras. (n) Gen. Dier. II. 30. [2] confer. Plut. Sympos. IX. 2. Philostr. de vit. Soph. II. 6. Vossius de arte Gram. X. Grotius in not. ad lib. de V. R. C. Bochart. Geogr. S. p. II. lib. I. c. 40. Goodvin. in Mose & Aaron p. 521. ed. Brem. 1685. 8. Reiz. in not. ad eundem. [3] H. N. lib. XIII. II. [o] de Republ. lib. XVI. 2. (p) in Philebo s. de S. B. conf. Gor. Becan. Hier. p. 12. (q) citante CL. Alex. Strom. I. 2. (r) teste Euseb. Pr. Ev. lib. II. X. 10. (3) in Genes. Interrog. 61. (4) cit. Herm. Hug. lib. & loc. sup. dict. (t) Pr. Ev. XI. 6.

Isidorus Hispal. (a) unanimi consensu *Mosi* gloriam inventionis literarum vindicant. Ut taceamus recentiores, utpote, *Gyraldum*, (b) *Nierembergium*, [c] *Criminum*, (d) *Agrippam*, (e) *Ursinum*, (f) *Goodwinum*, (g) *Reizium* [h] *Schottum* (i) ceterosq; superioris & nostri ævi Viros doctiss. quorum plurimi huic sententiæ subscribunt. [2] Sed hac nolumus urgere, ac pertinaciter defendere, cum nulla alia sit res, dicente *Kirchero*, (i) in qua plures magisq; pugnantes reperiantur sententia, atq; in hac de literarum origine controversa. Probatum potius dabimus *Mosen* inter scriptores nullum habere priorem, & ἐκ τῆς παλαιότητος demonstrare, idem illum omnes Scriptores, quos nostri τῆς ἐξουσίας vocant, ætate multum superare.

§. V. Et ut vanam Græcorum jactantiam primum refutemus, temperare nobis non possumus quin ὕσερον πρότερον illud Homericum committamus. Magnificè admodum se jactat *urbs illa sapientissima* [k] & ἑλευθέριος πανεργότατος ἀστυς Ἀθήνας, (l) quod non solum fuerit Philosophorum, Oratorum, Poetarum mater & alumna; siquidem mihi, inquit, natales suos debent: *Æschines*, *Antisthenes*, *Aristides*, *Crito*, *Epicurus*, *Glauco*, *Hermippus*, *Homerus*, *Isocrates*, *Menander*, *Pericles*, *Plato*, *Polemon*, *Sophocles*, *Spensippus*, *Socrates*, *Thucydides*, *Xenophon*; (m) sed & hanc gloriam cum tota Græcia, quæ est omnium liter. præclara custos, (2) communem mihi esse puto, quod in illa Scriptores, Poetæ & Historici in toto terrarum, quaquæ patet, orbe exriterint antiquissimi. Cujus enim, quæso, carmina carminibus *Homeri* sunt antiquiora? Hic enim est λῶς ἀοιδῶν, *valium optimus*, (n) vel ut *Socrates* illum appellavit (o) θεότατος τῶν ποιητῶν, *diviniss. Poetarum*, quem etiam *primum doctrinarum parentem*, (p) & *prisce poeseos auctorem* (q) Latini nominarunt: ut non commemoremus *Linum*, *Apollinis filium*, [r] *Orpheum*, qui cantu citharæ lapides permovit, [s] *Museum*, quem plures pro Deo coluere, (t) *Amphionem* *Mercurii filium*, (u) & *Phantheam* *Icarii uxorem*, quæ primum heroicum hexametrum invenit. (x) Neminem putamus ante *Daretem Phrygium*, sacerdotem *Trojanum*, ab *Homero* celebratum, [y] & *Ditym Cretensem*, qui præter *Italica* libris IX. bellum *Trojanum* descripsit, (a) &

(a) Orig. lib. I. 3. (b) Synt. Deor. lib. III. (c) de orig. S.S. lib. II. per totum. (d) de honest. discipl. XVII. 1. (e) de Vanit. Scient. c. 2. (f) Analect. Vol. I. lib. VI. c. 1. Id. in Exer. fam. Proem. (g) Mos. & Aar. VI. 7. (h) not. ad Goodv. l. c. (i) Tech. Cur. lib. VII. c. 7. n. 8. (j) vid. Magn. Sen. Kirchmajerus, Patronus noster ac studiorum promotor, ætatem omni pietatis obsequio devenerandus, in disp. philol. de Mercur. Trism. Witt. 1686. (k) Oedip. Ægypt. T. II. class. II. c. 1. (l) ita vocat Athenas Dion. Halicarn. Antiqv. V. 74. (m) Eurip. in Hipp. v. 1122. (n) vid. Script. vitæ. Philos. Philostratus, Eunapius, Laertius, & Hesychius, Svidas, Pausanias aliique. (o) Cicero in Consolat. cujus tamen, ut hodie extat, genuinus Autor Car. Sigonius. vid. Horn. hist. Phil. p. 250. Spiz. Felix liter. p. 608. ed. Aug. Vind. 1676. 8. (p) Theocrid. Idyll. XVI. v. 21. (q) Plato in Jone (p) Plin. H. N. lib. XXV. 2. (r) Apul. Metam. IX. (s) Apollod. in Bibl. p. 5. ed. Rom. 1555. 8. (t) Palaphar. de non cred. p. 27. ed. Antvv. 1518. 8. (u) Boccatius Geneal. Deor. L. II. c. 4. (v) Nat. Comcs Mythol. p. 235. (x) CL. Alex. Strom. lib. I. p. 309. edit. cit. (y) Iliad. E.

(a) & quē *Homerus* in suo poemate est secutus, (b) quicquam literarum monumentis consignasse. Verum enim verò, ò Attici τελεγονότος [c] non opus fuisset tam longo verborum apparatu, & facile potuisset illis superfedere conquiritis laudibus. Quid enim amplius desiderabitis, si hæc vobis ταῖν ἀμφοῖν seu ambabus manibus largiamur? Et insuper etiam concedamus, nec an vera vel falsa sint h. l. disquiremus, quæcunq; dicitis de *Cadmo Milesio*, Pandionis filio, quod primus omnium XVI. literas Græciæ intulerit (d) quas quidam ex Phœnicia illum attulisse, [e] alii ad similitudinem literarum *Tuisconis*, patris Germanorum & Sarmatarum, (f) formasse tradunt, (g) quibus deinceps *Palamedes* in bello Troj. ex volatu gruum observato, ϩ ζ. φ. χ. *Simonides* vero Melicus ζ. η. ψ. ω. adjecerunt: (h) tamen exinde non evincetis, penes vos stare gloriam primorum rerum scriptorum. Tantum non abest, ut *Mosen* antiquitate vincant, quem omnibus non modo vestris Scriptoribus, qui unquam fuere, d. ipsis etiam Diis & Musis, imo Jove ipso antiquiorem fuisse demonstrarunt Patres, (i) ut ne potius ad ætatem scriptorū barbarorum, quibus vestram debetis sapientiam, (i) accedant. Nam, quem habuistis unquam Scriptorem, (ut ex hypothesi, mihi a vobis concessa, disputem) qui conferri possit cum Ægyptiorum *Hermete*, ob virtutem, multarumque artium scientiam *Trismegisto* appellato? [l] qui, si vera sunt, quæ de illo tradunt Nili accolæ, antiquissimus certè Deastrorum fuit, (m) qui longe ante id temporis vixit cum lacus instar erat compressus fluctibus aer, ut cū sacro vate loquar. (n) Quis erit ex vestris, ut audeat dicere, se quicquā ætate *Zoroastrem* antecellere? quem etiam vestri Scriptores ipsi annis quinquies mille ante exitium Trojæ vixisse annotarunt. (o) Neminem opinor, in tota Græcia reperiri, qui se hominū consortio interfuisse ante

te San-

(a) Suid in Lex. Daretis alias Phrygiæ Iliadem sua etiam num ætate extitisse ait Ælian. Var. hist. XI. c. 11. (b) Jo. Zezes Chil. V. hist. 30. Aliud refert ex Eustathio Jo. Bona Card. in præfat. div. Psalm. Homerum sc. furti esse accusatum a Naukratide, quod profectus in Ægyptum Iliadem & Odyss. sibi adscripserit, quas ibi reperit in templo a quadam Poetria jam quidem decantatas. conf. Lomai. de Biblioth. p. 73. (c) quare Athenienses ita vocentur vid. Tob. Magiri Eponym Crit. p. 88. ed. Franc. 1687. 4. [d] Diod. Sic. Bibl. V. 12. Tac. Annal. XI. 14. Herod. V. 58. Jo. Zezes Chil. V. v. 804. Suid. in voce καδμῶ. (e) Tacit. l. c. (f) Avent. Annal. Boj. L. 1. p. 8. ed. Bas. 1615. f. (g) Alsted. thes. Chron. p. 126. ed. Nass. 1624. (h) Plin. H. N. VII. 56. fusius hæc de re egit Magn. DN. Kirchm. Pætronus Opt. Max. cui ob innumera beneficia nunquam dignas referre poterimus gratias, in dissert. de Orig. & caus. liter. græc. Witt. 1684 (i) Euseb. Pr. Evang. II. 1. X. 3. XI. 3. Lact. Inst. div. IV. 5. Id. de ira c. 11. August. de C. D. XLIX. 37. Arnob. adv. Gent. VII. Minut. Felix in Octav. Theoph. ad Autol. Justin. Phil. & M. Paranes. ad Græc. (k) Quod Græci Chald. Persis, Judæis & Ægypt. suam acceptam ferre debeant sapientiam, præter Patres jam citatos probant Diod. Bibl. I. 6. Porphy. in vita Pythag. Jamlich. de myster. Ægypt. Am. Marcell. hist. L. XXI. Laertius in vitis Philos. Plutarchus passim. Eugub. de perenni Phil. II. 2. Heurn. in Philos. Barb. Schefferus de phil. Pythag. Voss. de sectis. Phil. sub init. Horn. hist. phil (l) unde nomen Trismegisti acceperit, dissentiunt Auctores. vid. Lact. de falsa relig. 1. 6. Aug. de C. D. XLIX. 39. Gyrard. hist. Poet. dial. 2. Alex. Neap. G. D. II. 6. Suid. Lex. Eugub. lib. cit. p. 25. Diod. Sic. l. 2. Gor. Becan. Hermath. L. VII. p. 160. ed. Antvv. 1580. f. (n) Cic. de N. D. III. 22. Lact. de Ira c. 11. Plur. Symp. IX. qv. 8. Conring. de Herm. Med. l. 1. (o) Alc. Avitus de diluy. y. 443. (o) Eudoxus & Hermippus citante Laertio L. 1. 5. confer. Plin. XXX. 1.

tes in honorem gloriari possit; de quo in commentariis retulit Porphyrius (a) vestras, illum vitam duxisse temporibus Semiramidis Reginae Babyloniorum. Nullum igitur amplius vobiscum, Achivi, nobis erit commercii, quoniam illis perorata est, & vos causa cecidisse, nemini clam esse puto. Gravior controversia superest cum illis, quos vos barbaros, & tantum non fungos atque bardos, ut quondam Gentiles Christianos vocabant, (b) appellatis; tanquam penes vos sola esset sapientia, reliqui autem velut umbra ferrentur.

§. VI. Quemadmodum Aegyptii haberi volebant populi antiquissimi, (i) quippe qui non veriti sunt assertum ire, se esse προσελκναιγες seu ante Lunam conditos, (c) vel, ut alii tradunt, antequam in caelo omnia volverentur; (d) ita & Deos, & scriptores suos docebant esse antiquissimos. (e) Refert enim Herodorus, Pater ille historiarum, (f) sibi narrasse eorum Sacerdotes: ab Hercule ad Amasin fluxisse annos xix ciro. (g) quod & confirmat Palaephatius (h) atque Diod. Siculus. (i) Verum enim vero, quoniam putarunt, se eò liberius mentiri posse, quò credebant difficilius sua redargui posse mendacia; (k) tamen neminem potuerunt ad credendum obligare, ut potius fabula vulgi sint facti, & nonnullos sapientiores ad indignationem, alios ad Sardonicum penè provocarunt risum. (l) Ideoque & illos missos facimus, suisque se somniis suaviter oblectare jubemus. Nec est, quod de Mercurio Trism. magis simus solliciti, ne palmam laudis de descriptionis antiquitate Mosi intervertat, aut gloriam inventionis literarum cuivis alii faciat dubiam; quia dudum ex antiquissimis & probatae fidei auctoribus demonstratum dedere Patres, aliique viri eruditissimi, quod si aliquis unquam extiterit Mercurius, (m) illum Mose longè fuisse juniorem, aut per hunc ipsum intelligi Mosem. (n)

§. VII. Ex Aegyptiis de Babyloniis judica. Si Isidis cultores nostris, nostris & illos, qui ignem pro Deo habuerunt. Licet in distinctis habitarent regionibus; tamen in eodem quasi ludo dicebantur edoctos. Volunt isti esse populi antiquissimi: (o) hi juniores esse nolunt, (p) isti suum primum literarum inventorem, (q) ob scientiam interpretandi, dixerunt Hermetem: (r) hi

(a) πρὸς ἀποχρῆς lib. II. Theodor. de curandis Græc. affect. lib. II. (b) Arnob. adv. Gent. lib. II. c. 2. (c) Diod. Sicul. I. Herod. lib. V. Justin. hist. II. 1. (d) Alsted. thes. Chron. p. 103. (e) Scholiastes doctiss. Apollon. l. IV. Argum. v. 262. (f) Diod. Bibl. L. I. c. 2. Jamlich. de myst. Aegypt. l. 4. (g) Cic. de L. L. l. 1. (h) lib. II. confer. Aug. de C. D. XIII. 40. not. Lud. Vivis in h. l. (i) citante CL. Alex. Strom, l. 1. (j) Biblioth. p. 122. edit. cit. (k) ita de Aegypt. loquitur Euf. Rom. animad. in lib. Præadam. c. 9. (l) Alex. Neap. G. D. VI. 10. August. de C. D. XIII. 4. Mares. in refut. fab. Præad. qv. 3. §. 43. Diod. Sic. l. 1. & 2. (m) Phil. Cluv. negat Mercurium extitisse. Germ. Ant. L. I. c. 24. (n) Euseb. Pr. Ev. IX. 3. August. de C. D. XIII. 39. Alex. Sardus de Invent. rer. lib. I. 1. Huet. Demonst. Ev. propos. 4. c. 6. p. 106. cui hac in re magis ad stipulor, quam cum probare vult, spetiose quidem, omnes gentium Deos originem habere à Mose. confer. Reizius in not. ad Goodv. Mos. & Aar. l. 4. (o) vid. sup. cit. Aut. ad lit. l. (p) de jactantia Chald. vid. Mares. lib. cit. §. 41. & 42. Horn. de veritat. M. §. 10. & 11. Voss. de univ. mathes. nat. & constit. c. 30. §. II. Cic. de nat. Deor. l. (q) Plato in Phædro & Philæbo. Plut. symp. IX. qv. 3. Diod. Bibl. l. 2. Pier. Valer. Hieroglyph. XXXVIII. p. 35. ed. Bas. 1556. f. Alex. Sardus lib. alleg. l. c. 1. (r) Diod. Sic. Bibl. L. 2. conf. Han. Rossel. in not. ad Hermet. Pæmandrum L. IV. qv. 2. n. 1.

hi suum primum Scriptorem, (a) ob scientiam astrorum dixerunt *Zoroastrem*. (b) Prior pars asserit, suum esse Deum & longè ante cataclysmum vixisse: (c) posterior contendit, suum æqualem esse Dñs, & quinqvies mille annorum ante tempora Troj. extitisse [d] Ille fertur leges tulisse Ægyptiis: (e) hic Indis dedisse. (f) Illius nomen commune pluribus, & hinc origo tot de Mercurio fabularum: (g) hujus appellatio pluribus fuit familiaris, ut ex eo pl. sint ortæ historiæ. (h) Illi plures libri fuere inscripti, quorum nomen imposuit credulis: (i) huic quæmpl. fuere suppositi, quos ætas posterior pro genuinis est amplexa. (k) Illum xxxvi c. 13 xxv. volumina i.e. folia papyri concinnasse: (l) hunc XXCM. versuum scripsisse fabulantur. (m) Ergo quia *Zoroaster* magiæ autor [n] tam similis est *Mercurio*, quã mulus mulo convenit, de ambobus idem ferendum erit judiciũ, quod sc. posterior sit $\psi\epsilon\upsilon\delta\acute{o}\nu\mu\theta$, seu æque spurius atq; prior: (o) uterq; autem indignus, ut Mosi aquam porrigat. Gloriantur alias modo dicti populi de duobus adhuc antiquissimis historicis. *Manethonem* Ægyptii extollunt: jactant Chaldæi *Berosum*. Sed non est, ut multum cum illis disceptemus, quoniam hæc lis jamdudum est decisa in senatu eruditorum, præsentem *Apollinem*, qui æquè, ac Pontifex Rom. sc. infallibilis est in suis decretis. Ad hujus conventus invenies apud *Vossium*, fidelissimum Musarum custodem, qui tradit, utrumq; fuisse $\sigma\acute{o}\nu\chi\rho\nu\epsilon\nu$ *Ptolom. Philad.* quem *Tertull.* vocare solebat *inter omnes Reges Ægypt. sagacissimum*, [p] & utrumq; eandem habuisse siderum constellationem in horoscopo, quia uterque ab *Annio Viterbiensi* mirum in modum est depravatus. (q)

§. II. Restat unus adhuc ex antiquissimis Scriptoribus $\rho\omicron\lambda\upsilon\mu\alpha\delta\eta\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\rho\omicron\lambda\upsilon\tau\omega\rho\delta\gamma\mu\omega\nu$ *Santhoniathon*, (r) natione Phœnix, quem alii Mosi, alii Abrahamo faciunt æqualem, (s) & historiã de populo Phœnicum scripsisse tradunt (t)

B

quam

(a) Bissel. Illustr. ruin. dec. X. §. 42. (b) Diog. Laert. de vit. Philos. L. L. Greg. Turon. hist. Franc. L. V. 6. Bochart. Phal. IV. 1. (c) Jamlich, de myst. Ægypt. lib. 1. (d) Diog. Laert. l. c. (e) Cic. de N. D. III. 12. (f) Durrius Ethic. parad. p. 455. Huet. l. all. p. 132. Legumlatorem Arimasporum facit. (g) Cic. l. c. quinqve Mercurios recenset. confer. Rosselium l. c. Athan. Kirch. Obel. Pamphil. l. c. 2. §. 1. Laet. Inst. div. II. c. 14. Delrio disq. Mag. l. 3. (h) Voss. de Idol. p. 128. Ursin. Exerc. fam. de Zoroastre. (i) Ægyptii suos libros Mercurio inscribebant. Jamlich. lib. all. l. c. 39. Jo. Zezes Chil. IV. hist. 4. Franc. Patrit. discuss. Perip. T. I. L. III. p. 29. ed. Bas. 1581. f. (l) vid. Mares. lib. all. qv. 3. §. 42. Jo. Picus scribit ad Marsil. Ficinũ, Platonice philosoph. instauratorem; Zoroastri Chaldæi libros habeo, si libri sunt, & non potius thesauri dicendi. vid. Epist. lib. ep. 9. (l) Mercurii Pœmandrum sapius Patribus citatur, ab homine semi-Christiano compositum esse judicat Casaub. Exerc. Lect. 10. quem vixisse putat Gvil. Cave (in Cartoph. Eccl. p. 11.) circa A. C. 130. Conf. ejus hist. liter. Script. Eccles. sub h. v. It. Lud. Capelli Vindic. L. l. c. 20. (m) Pecokius spec. hist. Arab. p. 147. Mares. l. c. §. 24. libros Zoroastri se possidere dicebant, qui Prodicum hæresin seqvebantur. CI. Alex. Strom. l. p. 304. confer. Horn. hist. phil. p. 29. (n) Jo. Cluverus hist. univ. p. 7. ed. Lug. 1641. (o) vid. J. H. Ursini Exerc. fam. de Merc. & Zoroast. in quibus hoc egregie demonstrat. (p) Apol. c. 18. (q) vid. Voss. Hist. Græc. L. I. 13. & 14. (r) Philo. Biblus, qui cum in Græc. linguam transtulit, hoc elogio ornatur. apud. Euseb. Pr. Ev. l. 16. (s) Ursin. l. c. p. 141. (t) Theodor. Serap. serm. II.

quam partim ex urbium annalibus, partim ex libris in templo asservatis, & sibi a *Jerombalo*, sacerdote Dei Jevi communicatis, desumpsisse ajunt. (a) At enim vero si rem ita se habere fingamus; tamen exinde nihil decedet gloriae *Mosis*, d. manebit penes illum jus praerogativae. Pono enim nobis non tam accuratè illorum scriptorum tempora, ex quibus *Santhoniathon* sua desumpsit, constare atque ejus aetatem, quae incidit secundum *Porphyrrii* (b) calculum in aevum *Semiramidis*, secundum *Svidae* (c) vero in tempus belli Trojani; tamen vetustate non vincet ipsum *Phoenicem*, primum fundatorem populi ab ejus appellatione postea ita dicti; (d) qui vero integris ferme seculis junior est *Mose*. [e] Haec tenus igitur, dum probatum dedimus quantum sc. angustia pagellarum ex lege praescriptarum permisit, *Mosen* scriptorem inter prophanos esse antiquissimum, ea mens nostra fuit, nullo argumento vel documento posse demonstrari autorem antiquiorem. Nam, quod si aliàs conjecturis locus est aliquis relinquendus, tantum abest, ut velimus ad ravim usque negare, omnem descriptionis usum hominibus ante *Mosen* fuisse incognitum, ut potius admodum proni simus atque propensi in illorum sententiam, qui putant *Adamo* scribendi rationem constituisse. (f) Sed haec meræ sunt conjecturae, & nihil probare possunt. Propius nunc ad scopum nostrum accedimus, & ut datam fidem solvamus, ostendemus ante *Mosen* neminem ex Patriarchis aliquod scriptum *θεόπνευστον* concinnasse.

§. IX. Multa equidem passim occurrunt de libris Patriarcharum V. T. in pr. quod ad scripta *Adami* spectat, tradunt quidam, illum *librum creationis* scripsisse (g) alii *librum bonorum & malorum* propugnant: (h) tertius *tabulis lapideis inscripsisse* contendit *initia creationis*, (i) *lapsum sui & Evæ*, *promissionem de Messia* &c. quartus *revelationem Adæ* (k) citat: quintus *genealogiam*

(a) Euseb. P. E. X. 3. Athen. Deipnos. L. III. c. 21. Voss. Idol. I. 22. (b) *περί ἀποχρῆς* L. II. (c) Lexic. in h. v. (d) Paul. Descript. Græc. L. VII. p. 402. (e) vid. Jac. Usserii Annal. V. & N. T. p. 10. & 18. ed. Brem. 1686. f. Calvis. Chronol. p. 177. & 179. ed. Franc. 1650. f. (f) *Adamo* lit. inventionem tribuunt *Svidas* in voc. *Adam*. *Bibliander* de com. lingg. rat. p. 42. ed. Tig. 1548. 4t. *Bang*. *Coel. Or.* p. 10. *Kirch. Obel. Pamph. L. I. c. 1.* qui simul asserit in hoc consensire omnium fere *Latin.* *Græc.* *Hebr.* *Chald.* *Arab.* *Samarit.* *monumenta.* *Brian.* *Walton.* *Appar. Bibl. proleg.* 2. §. 15. p. 240. ed. Tig. 1678. f. *Pol. Vergil. de Inv. Rer.* l. 6. *St. Menochius* de *Rep. Hebr.* L. V. 1. *Pineda* de *rebus Salom.* III. c. 27. n. 1. *Postellus* praefat. de *lit. Phœn.* Id. de *Orig.* c. 6. *Marc. Marinus* praefat. in *Arca Noe.* *Phil. Cluv.* *Germ. Antiqu.* L. I. c. 24. p. 171. ed. Lugd. 1631. f. *Alsted. Th. Chron.* p. 243. *Ang. Roccha* a *Camerino* *Bibl. Vatic.* p. 80. *Mallincror.* de *nat. lit.* c. 2. *Flacius Cluv.* *Script.* p. I. tr. 6. p. 644. *Jac. Bolduc.* de *Eccl. ante Mos.* L. I. c. 1. aliique. (g) *Bang.* lib. cit. p. 4. quem vero alii *Abrahamo* tribuunt. vid. *Placcius* de *Script. Anon. & Pseud.* p. 133. ed. Hamb. 1674. *G. M. Koenigii* *Biblioth.* p. 273. ed. *Altorf.* 1678. (h) vid. *Gaffarellus* in *Curios. inaud. & Mich.* nota p. 488. ed. Hamb. 1679. 8. (i) *Joseph.* *Antiqu. Jud.* l. c. 2. (k) *Meursius* in *Gloss.* p. 41. *Epiph.* in *Panar.* l. 6.

logiam filiorum (a) ejus allegat: sextus *Ada penitentiam* annotavit: [r] septimus divinationem ex tenebris in lucem profert: (2) alii alios deniq; recensent, ita ut tantum non inter *πολυγράφες*, de quibus videatur Saldenus, (b) referant. Quis enim non videt, nisi *Tircias* haberi velit, hæc esse gerras ficulas, & nani- is Græcorum similima, quæ eâdem facilitate, quâ afferuntur, possunt refutari. Quod si quis vero pertendere pergat: crebriorem mentionem fieri Bibliothecarum Antediluvianorum; [de quibus ex instituto *Maderus*, & *Lud. Jac. à S. Carolo*] quæsumus illum majorem in modum, ut saltem unicum vestigium genuinum hujus rei afferat. Nam ad Sethi columnas, de quibus *Josephus* testatur, (c) *Unam fuisse lateritiâ, alteram lapideam, quibus artium principia fuerint inscripta*, non est, ut tanquam ad asylum confugere quis possit. Cum enim ap. omnes antiquos scriptores altum sit hac super re silentium, (3) meritò in suspicionem adducitur *Josephi* autoritas, qui quidem magnus fuit ingenio (d) & facultate *σημαντικῆ* præditus, [e] d. non tam magnus fide. Sunt etenim, quibus usq; ad ò suspecta est ejus fides, ut plane susq; deq; habeant, quicquid ille dicat; (f) cum quibus tamen non facimus; sed saltè, quod ad hunc locū attinet, dicimus cum *Viro*, qui quantum sciebat, ipse nesciebat, (g) *Dorscheo*: *Illam Josephi de columnis Sethi revelationē multis de causis suspectā esse, facile ostendi potest.* [h] Nec quicquā nostræ officit sententiæ *Liber Bellovū Domini*, (i) ex quo probare voluit *Auctor tractatus Theologico-politici*, (k) *Mosen* non esse autorem *Pentatevchi*; aut *Volumen Regis*; qui ante allatas tabulas compositus esse videtur: (l) vel *liber Justorū*; (m) vel *liber Jobi*, (n) quia jam pridem divinæ veritatis hyperaspistæ una cum doctioribus demonstrarunt nullum ex hisce libris fuisse

B 2 ante

(a) August. contra Faust. L. II. confer. Sixt. Sen. Bibl. S. p. 47. edit. Col. Agr. 1626. 4. (1) Gelasius P. M. *Distinct.* 15. rejecit (2) Ambros. *Thesaurus* Introd. in LL. CO. p. 20. (b) de usu & abusu lib. l. c. 1. (c) Ant. Jud. l. 3. (3) quanta sit vis argumenti in arte critica à silentio scriptorum petiti, peculiari diff. probavit Jo. Launoyus de auctoritate negantis argumenti. conf. Ruperti observ. ad Besoldi hist. univ. synops. p. 678. ed. Norim. 1659. (d) ob ingenii & eruditionis gloriam Romæ statuam meruit. vid. Hieron. Cat. S. E. (e) Sveron. in Vespas. Svid. in *Ἰωσῆπω*: Captivus Vespasiano imperium prædixit. (f) vid. G. Voss. de Hist. Gr. p. 159. ed. Lugd. 1624. 4t. (g) D. Meyerus in præfat. Theol. moral. (h) in *Dissert. de rect. stud. Theol. conf. Zach. præfixa.* confer. Gorop. Becanus qui dicit: valeat *Josephus* cum suis columnis Hierogl. p. 12. ed. Antvv. 1580. f. J. H. Urfinus *Exerc. famil.* p. 213. ed. Norimb. 1661. 8. ait: Quanto magis considero columnas *Josephi*, tanto magis magisque miror fabulam tam ineptam ulli eruditorum potuisse probari. pl. de col. Sethi vid. ap. *Bochard. Phal. lib. l. c. 14.* Lud. Viv. de Verit. Relig. Christ. II. 7. *Sossium de num. hist.* c. 46. *Hornium de Orig. Gent. Amer. lib. II. c. 4.* p. 79. ed. Hag. 1652. 8. Schott. Bibl. S. p. 57. ed. cit. Voss. de sect. Phil. p. 126. ed. Lips. 1690. 4. (i) Num. XXI. 14. (k) quem male dictum *Spinozam* nonnulli esse autumant. c. 8. cum quo facit *Hobbesius* in *Leviath.* c. 33. *Peyrerius* syst. *Præad.* L. IV. c. 1. qui negant *Mosen* esse autorem *Pentatevchi*; quos tamen solide refutat *Huet.* propos. 4. c. 14. septendecim rationibus in medium adductis. confer. D. Meyerus *diff. select.* Kilon. & Hamb. quæ Franc. prodierunt 1693. 8. (l) *Exod. XXIV. 7.* (m) *Jos. X. 13.* (n) de quo sup. §. 1.

ante codicem creationis conscriptum. (a) Qua in nostra opinione, confirmamur, partim quod Viros Clariss. habeamus nobiscum consentientes; partim quod rationibus non destituamur. Erudite enim *Mosis* antiquitatem ex antiquitate contra prophanos scriptores non solum probarunt *Eusebius*, (b) *Justinus Martyr*, (c) *Cyrillus Alex.* (d) *Tertullian.* (e) *Augustin.* (1) sed etiam plures e Patribus affirmant, *Mosen*, primum omnium mortaliū, verbum Dei literis consignasse. (2) Audacter vero *Waltherus* (f) & *Ursinus*, (g) Viri supra omnem laudem positi, asserunt, & propugnant: *Mosen in toto orbe terrarum Scriptorem esse antiquissimum.* Quorum sententiæ subscribunt *Conr. Hornejus*, (h) *Georg. Calixtus* (i) *Rob. Bellarminus*, (k) *Eus. Nierembergius* (l) *Mendoza* (3) & quem loco haud postremo nominare debuissim, *Ven. Dn. Kirchmajerus.* [m] Quod vero Patriarcharum temporibus ante *Mosen*, puritas doctrinæ vivæ vocis traditione commode potuerit conservari, videntur rationes dari posse plurimæ, de quibus Theologi consulantur. (n)

§. X. Jam, ut ex intervallo ad nostrum redeamus *Henochum*, arbitramur, rem tanti momenti, qualis fuisset liber *Henochæus*, à *Mose* haud facile fuisse silentio præteritam, cum nulla vid. obstitisse ratio, quò minus & de hoc cædo digno aliquid commemorasset libro. Aut quod si hoc factum esset, certe intactum non reliquissent rerum Judaicarum accuratissimi Scriptores *Philo* & *Josephus* Judæi. Nam cum interdum minutias persequi non dubitarunt, & vel nullius pretii res filere nefas duxerunt; vero admodum videtur contentaneum, hujus libri non solum mentionem fecisse, d. & exposuisse illius argumentum. Fuisset enim ex mente *Pererius* (o) & *Tornielli* (p) valde nobilis celebrisq; apud Judæos, tū propter auctoris antiquitatē & famam, tū quod in eo libro res admirandum memorabiles & admirabiles continerentur. Venit ad hæc tandem, quod assertus fuisset in ædibus divino cultui dicatis. Nam omnium Prophetarum libri ex mandato divino reponerentur in armarium (q) ut *Tertull.* loquitur, h. e. ad latus arcæ, ut multis ex locis S. Scripturæ & Autorum probationibus planum evadit. (r)

§. XI. Sus

(a) *Walth.* l. c. p. 1183. fs. *Hotting. Thes. phil.* l. II. c. 2. sect. 2. *Mas. Comment.* in *Ios. l. c.* *Qyentz.* (1) *S. Th.* p. l. c. 4. sect. 2. qv. 16. *Calov.* in *Bibl. illustr.* l. c. *Mendoza* in IV. libb. *Regg.* annot. proleg. sect. 2. n. 48. *Ursin.* *Exerc. fam.* p. 222. *Sixt. Sen. B. S.* p. 54. 78. ed. Col. 1626. 10. *Leufden. Phil. Ebr. Ex.* p. 71. ed. Ultr. 1657. 4t. & pl. alii. (b) *Pr. Evang.* l. IX. 10. (c) *Exhort. ad gentes.* (d) *contra Julian* (e) *Adhort. ad gentes.* (1) *de C. D.* (2) vid. *Ursinus Exerc. fam.* p. 3. (f) *Off. Bibl.* p. 977. (g) *Analect.* Vol. I. p. 185. ed. Franc. 1658. 8. Id. omnia argumenta, quæ solent in contrarium afferri, evertit, in *Exerc. fam.* proem. (h) *tract. de sacra & div. script.* disp. l. (i) *de Verit. Rel. Christ.* th. 19. (k) *de V. C. lib.* V. 4. (l) *de Orig. S. S. l. 10.* (3) *Com. in libb. Regg.* proem. annot. l. c. sect. 2. (m) *diff. de Hermete Trism.* (n) *Gerhart. Exeg. Loc. p. 40.* (o) *Comment.* in *Gen. l. VII. qv. 6.* (p) *Annal. S.* & *ptof.* p. 70. (q) *de hab. mulc.* 3. (r) *Deut. XXXI. 24. Jos. XXIV. 26. Es. l. IX. 1. XXX. 8. Jer. l. III. 2. XXX. 2. Ez. XXIV. 1. Hab. l. 2. conf. paraphr. Jonath. in l. c. Deut. Abarban. in Exod. XV. Kimchi in 1. Reg. I. Hugius & *prolixè hoc demonstrat lib. c. p. 716 & 474.**

§. XI. Superest ut in causam inquiramus, occasionemq; dicamus, quæ Patres & alios viros, cætera doctissimos, in errorem inducere potuerunt. Omnibus fere lapis, ut ita dicam, offensionis fuit *Epistola Jude Apostoli Catholica*. In hac enim cum secundum *Rob. Stephani* distinctionem, (a) comma legerent XIV. admirabundi, velut *Julius Caesar* ad imaginem *Alexandri M.* (b) adstiterunt. Quapropter factum, ut cum nonnulli putarent, illum versiculum S. Scripturæ contradicere, quia in toto codice verbi divini hujus prophetiæ, ne x̄p̄s quidē, ut vulgo dicimus, extat, tota epistola ideò à multis Patribus Eccles. fuerit rejecta, & inter apocrypha relata, sicut *Hieronymus* (c) testatur. At enim verò, non dicemus, non esse oculatioribus Patribus venerandis; sed rogatum quemlibet volumus, ut saltem intuetur ipsa verba Apostoli, & deprehendet, falso fuisse a nonnullis intellectum, & contra mentem Scriptoris expositum hunc locum, sicut *Vir Celeber. Dn. Kirchmajerus*, patronus noster & studiorum promotor, pro ea, quæ pollet judicandi dexteritate optime perspexit. (d) In initio enim adhibuit *Judas* vocem προεφήτευσεν, prophetavit, non autem usus est verbo ἔγραψεν, scripsit. Deinde introducitur *Enoch* à *Juda* λέγων, dicens, non autem γράφειν, scribens. Neq; enim è nuda prophetia, quam aliquis lingua profert, firmum ducitur argumentum scriptionis. Sic enim omnes filii Judæorum vaticinia sua scripto comprehendissent, de quibus concionatur *Petrus Apostolus*, quod novissimis diebus sint vaticinaturi. (e) Valde itaq; auctus fuisset numerus Scriptorum & librorum sub initium plantandæ Chr. Eccles. si tot prodissent scripta, quot extraordinaria prophetiæ dona collata memorantur credentium coetui, qui unâ auditâ Petri concione, ad tria hominum millia ferme excrevit. (f) Neque omnes Prophetæ scripserunt. *Agabus* enim *Propheta* fuit, nihil tamen scripsisse perhibetur. d. sermone propheticò usus est, in primis ad *Apost. Paulū*. (g) *Noachus* etiam memoratur fuisse κήρυξ τῆς δικαιοσύνης, præco justitiæ, (h) exinde tamen haud sequitur, *Noachum* præconia sua literarum monumentis consignasse. Idem esto iudicium de *Enocho*, qui quidem vaticinia edidisse legitur, de descriptione vero alium est silentium.

§. XII. Non præter rem posset nobis aliquis objicere: undenâ igitur *Judas* cognitum habuit *Enochum* prædicasse, ut homines observent omnes dies, quoniam instaret una dies, si non extitit hic liber, de quo in præsentī sermo est. Hic videas in diversa abire Doctores & doctiores. Alii ex revelatione divina habuisse

B 3

(a) *Rob. Stephani* primum fuisse qui N. T. in emendata s. versiculos hodie adhuc usitatos diviserit, testatur *Th. Iansab Almeloveen* in ejus vita p. 48. ed. Amst. 1682. 8. (b) *Svet.* in *Jul. Caf. vita.* (c) In cat. S. E. voce *Judas* It. *Euf. H. E. L.* II. c. 23. alias & nostri *Theol. B. Luth. Brentius, Bugenhagius, Musculus* & quidam alii in dubium vocarunt, quos ea propter exagitat *Bellarminus* de V. D. L. l. c. 18. conf. *Jod. Cocci Theol. cathol. L. VI. art. 27. Ben. Justinianus* prolog. 14. in hanc *Epist. Ursin. Anal. Vol. II. L. V. c. 7.* (d) disput. antea cit. §. 7. conf. *B. Abr. Calovii Bibl. Illustr. in h. l.* (e) *Act. l. 17. ex Joelis c. II. 28.* (f) *Act. II. 41.* (g) *Act. XXI. 10. 11.* (h) *2. Pet. II. 5.*

buisse putant: (a) alii autumant per traditionem: (b) alii ex libro vero *Heno-*
chi contendunt: (c) alii ex libro suppositio & apocrypho opinantur: (d)
 ultimi rem in medio relinquunt (e) & Scepticos imitantur. Nobis ex his
 prima omnium maximè arridet sententia, has ob causas; quoniam, si secunda
 verior esset, haud dubiè aliquis ex *Masorethis* vel *Rabbinis* ejus mentionem fe-
 cisset. Tertiam vero, nullo modo defendi posse supra demonstravimus. Quar-
 ta valde dubia est, quia nullo potest documento probari, tempore Judæa exti-
 tisse hunc librum, (f) qui postea demum ex fabulis Judæorum compositus, &
 fasciis Platonice involutus, (g) Patribus alteram dedit occasionem errandi;
 quoniam in majorem seduxit errorem, ut crederent, per filios Dei, quorum
 mentio fit in Genesi Mosis, (h) intelligendos esse Angelos, qui observarunt
 filias hominum. (i) Tertia fuit causa credulitas *Tertulliani*, qui hac in parte nimis
 fuit in credendo liberalis. (k) Hinc cum maximè polleret autoritate, (l) & pri-
 mus esset inter eos, qui acriter hunc librum pro genuino defenderent, (m) fa-
 cile in partes suas alios potuit pertrahere. (n) Tanta nonnunquam vis est
 præconceptæ opinionis de alicujus Viri eruditione & infallibilitate, ut inter-
 dum aliquis bellum potius veritati indicat, quam ut vel latum ungvem ab ejus
 sententia recedat.

§. XIII. Quantum ex locis a Patribus citatis, & ex iis quæ in *testamento XII.*
Patriarcharum, (o) ac in *Syncelli*, plagiarii insignis *Eusebii*, (p) *Chronologia* de eo
 superest, cognoscere licet tractasse de *stellis*, earumque virtutibus, de *Angelorum*
 in terram descensu, de *Gigantibus* & illorum *magis*, de rebus futuris *Judæorum*, de
Salvatore, de *Hierosolym. excidio*, de *Judæorum dispersione*, deq; ultimo *judicio*. (q)
 Quicquid demum ultra hæc in se continuerit, clarum est ex hodie superstiti-
 bus fragmentis, commentum esse alicujus hominis, qui illud *Horatii* secum
 orabat: (r)

-- -- -- *Pulchra Laverna,*
Da mihi fallere, da justum sanctumq; videri,
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.

Et

(a) *Calov. Bibl. illustr. in h. l. Bang. Coel. Or. p. 20. Spanhem. Dub. Evang. p. I. p. 183. edit.*
Gen. 1639. 4. (b) Mich. Medina de recta in Deum fide L. VI. c. 5. Jo. Mar. Scribonius
serm. 17. in ep. Iud. Iunius Comment. in E. I. Qvistorp. in not. ad eund. Corn. a Lapide.
Serrarius, Beza, Luc. Osiander, Rostius, Gordonus, Tirinus, Menochius in hunc loc. (c)
Tertull. de hab. mul. c. 3. Bold. de Eccl. ante Mos. L. I. c. 3. Cajetanus, citante Bellarm.
de V. D. L. I. 18. cui sent. & ipse Bellar. album calculum adjicit. Heurnius Phil. barb. p. 10.
(d) Jac. Gordonus Com. in E. I. Ios. Scalig. not. ad Euf. p. 244. Chr. Schottanus Bibli-
oth. hist. S. p. 5. (e) B. Luth. doctiss. suo inter omnes Comment. in Gen. p. 78. Rostius &
Beza in E. I. Io. Prideaux. Orat. inaug. de Sap. Ægypt. Oxon. habita 1648. (f) Calov.
Bibl. illustr. in E. I. (g) quod est de eo judicium Bang. p. 88. (h) VI. 2. (i) Walrh. & Bang.
II. cc. (k) Rivet. Exerc. 49. in Gen. Bellar. de bon. opp. L. I. 5. (l) Cyprianus nullum di-
em sine ejus lectione præterire passus est, ac crebro notario suo (cui Paulo Concordiæ
nomen) dixit: da Magistrum. Hier. in cat. S. E. sub nom. Tert. (m) l. c. (n) Rivet. l. c. (o) ex-
tat in Bibl. Patrum T. I. p. 173. ed. Col. Agr. 1618. vol. XVII. (p) Voss. hist. græc. L. III. c. 24.
ex quo Thomas. de plag. lit. §. 552. (q) vid. El. du Pin nova Bibl. Auc. Eccles. T. I. diff. præ-
lim. p. 45. ed. Par. 1682. 4. conf. Sixt. Sen. B. S. p. 84: (r) Epist. L. I. 16.

Et hunc arbitror fuisse *Judeum* πλατωνίζοντα, qui secundum effatum *Hesiodi*: (a) ἴδε φέυδα πολλά λέγειν ἐτόμοισιν ὁμοῖα, & instar *Aristotelis* (sicut de illo judicat *Corn. Agrippa*) (b) dicta veterum tantum compilavit, malignè explicavit, & ita ingentem laudem à nonnullis, ab aliis vituperium sibi comparavit. Habeo hac in re mecum consentientem *Senatus* critici principem (c) *Scaligerum*, qui librum vocat *commentitium*, & à *Judeis* confictum, in quo tot agnoscit, quorum pigebat, tædebat atq; pudebat, ita ut dicat, nisi scirem *Judeorum* esse mentiri, neq; nunc illas nugæ desinere posse, ne digna quidem censuissem, quæ legerentur in notis *Eusebianis*. (d) *Causam* vero ac finem illius falsarii exponit *Cunæus*, qui nullum est, inquit *dubium*, quin *severa* in *reprobatione* *Enochus* improbitatem castigaverit hominum sui ævi. Atq; hæc res quosdam nugatores excitavit, qui stultæ persuasione siderati, speraverunt, se posse *sera* posteritati illudere; quippe in *glorio* studio & jejuna opera librum olim in vulgus extruserunt, quem ipsi, si *Deo* placet, ab *Enocho* scriptum ajebant. (e) *Hujus* farinae homines haud paucos inter *Judeos* quondam fuisse, auctor est *Vossius*, qui de illis scribit: *In* finita *Judei* edidere volumina, partim sub *Patriarcharum* & *Prophetarum* suorum nominibus, quales fuere libri, qui lecti sub nominibus *Adami*, *Enochi*, *Abrahami*, *Mosis*, *Elie*, *Esaie*, *Jer.* &c. partim sub nominibus illorum, quorum magna esset apud *Gentiles* existimatio, veluti *Hystaspis*, *Mercurii Trismeg.* *Soroastris*; *Sibyllarum*, *Orphei* & complurimum aliorum. (f) Cui ὁμόψυχο celeberr. *Jo. Spencerus*, qui hanc causam addit, ut eorum *Autores* genuini, tantorum *Virorum* autoritate muniti, cum splendore & privilegio quodam mentirentur. (g) *Aliam* adhuc rationem superaddit *Franc. Patritius*, falsarios nempe ideo hoc facere, ut, cum ipsi minus sint illustres, libri hominis alicujus insignis nomine ornati, veluti reverentiâ quædam se commendarent, & sic facilius reperirent emptorem. (h) Obtigit hæc fors non modo *Enocho* nostro, sed *Apostolis* & [i] omnibus ferè *Patribus*, in *pr.* autem *Athanasio*, *Ambrosio*, *Augustino*, *Hieronymo*, *Athenagora*; (k) quinimò ipso sanctissimo *Servatori*, cui non sufficiebat affinxisse *epistolam* ad *Abgarum*, primum *Regem* *Armeniorum* [l] *per*scriptam (m) quam ut genuinam multi agnoverunt *Viri doctissimi* (n) à quibus tamen nos discedimus modestè; sed

proh

(a) *Deorum* Gen. v. 26. (b) de *Vanit. Scient.* c. 54. (c) *Voss.* *In*st. *Orat.* L. IV. 6. (d) *not.* *Euseb.* p. 244. (e) de *Repub. Hebr.* L. III. 1. (f) *Var.* *Observ.* p. 246. (g) de *Leg. Hebr.* L. II. c. 1. §. 3. (h) *Discuss.* *Perip.* T. 1. L. III. c. 6. (i) *Dallæus* de *Pseudepigraphis* *Apostol.* (k) *vid.* *Riv. Crit.* S. *Rob.* *Cocus* *Cens.* *Script. Eccl.* *Gvil.* *Cave* *hist. script. Eccles.* *Labbe* *diff.* de *Script. Eccl.* T. II. (l) *CL.* *Gelanus* in *hist. Armen.* p. 4. (m) *Recenset* hanc *epist.* *Euseb.* in *H. E.* L. I. 13. qui se illam *Syriacè* scriptam invenisse tradit. Ex hoc habent *Sixt. Sen.* B. S. p. 91. *Neander* in *Apocryph.* p. 54. *Autores* *hist. Eccl.* *Magd.* *scribi* *cœptæ.* *Cent.* I. L. II. c. 2. qui non, uti alias solent, superaddunt suum *judicium.* (n) *Baronius* acerrimus inter omnes *defensor*, qui in suam *sent.* allegat *Cedreum*, *Darium*, *Ephremum*, *Studitem.* *Anal.* T. I. an. 31. n. 56. *CL.* *Sandius* *Baronio* ad stipulatur in *tract.* de *ver. script. Eccl.* p. 11. *Is.* *Casaub.* in *medio* relinquit. *Exerc.* XXXI. n. 58. *Ipsum* *Christi* *αὐτόγραφον* *Constantinopoli* ad *Imperat.* fuisse *transmissum*, refert *Io. Wolffius* *Lect. memor.* cent. 40. an. 1060. *Exemplar* in *lingva* *Persica* scriptum ap. *Anglos* asservari docet *Reischius* *Exerc.* de *Imag. Chr.* p. 16. *conf.* *Lomajerus* de *Biblioth.* p. 114. *ed.* *Zurph.* 1669. 8.

prohominum malitiam! *librum* quendam *magicum*, in quem pessimas da-
 monis mali scripserunt artes, quarum ope tanta perpetrasse miracula pessime
 blasphemabant. (a) Hisce libris effingendis & affingendis delectabatur valde
 M. Marcellus, Nobilis Rom. qui nil nisi sub aliorum nominum inscriptione publi-
 cum fecit. (b) Talis fuit & *Alph. Ciccarellus*, celebris precedenti seculo falsarius,
 qui confingendis & sub aliorum illustrium Autorum nominibus venditandis
 operam suam male inpendit. (c) Penè omissem, qui inter hos Triumviros
 primum occupat locum, *Jo. Annius Viterbiensem*, qui libris suis sub nomine
Berosi, Manethonis, Megasthenis, Archilochi, Xenophontis, Philonis, Q. Fabii Pictoris
 adeo famosum se reddiderit, (d) ut vel iis non sit ignotus, qui nondum are
 lavantur.

§. XIV. Restaret nunc, ut, cum è *re literaria sit*, iudice *Morbosio*, (e) nosse
 falsarios *rei literariae*, ne illi falsa specie imponant, etiam de aliis scriptis falso *Eno-*
cho attributis, eodem modo ageremus, & eorum *veritatem* seu falsitatem Solis
 radiis exponeremus. Affingunt enim illi libros fere infinitos. Autor libri
Juchasim, coepisse eum componere libros Astronomicos ait. (f) R. *Schem Tos.*
 producit librum, cujus autorem *Enochum* facit de cæli siderumq; motibus &
 magica scientia differentem. (g) Ad quem forsitan & respexit *Origenes* (h) qui
 librum citat, in quo comprehensa fuerint secreta de nominibus non solum
 plagarum, sed omnium etiam stellarum & siderum. *Physicum* quoq; apud Æ-
 thiope in Regno Reginae *Sabe* extare lingua *Abyssina* conscriptum, testatur
Genebrardus. (i) Et communis est *traditio Arabum*, super *Enochum* demissos esse tri-
 ginta libros. (k) Tradunt enim eum non solum fuisse Prophetam, d. mathesi-
 etiam excoluisse, (l) & imprimis Astronomiæ, Astrologiæ & Arithmetiæ (quod
 plane non negamus) fuisse studiosum; (m) imo primum omnium docu-
 isse Grammaticam, auctor est *Cedrenus*. (n) Sed quia nobis religioni ducimus
 peccare in leges, aut metas transilire præscriptas, alio tempore hæc & alia sub
 disquisitionis incudem revocare, animo sedet constitutum, si Numen interea
 benignissimum vitam, vires & media largietur.

(a) Refutari ab August. de Consensu Evang. L. l. c. 9. Hieron. Comment. in Ezech. T. V.
 Opp. ed. 1684. conf. Delrio disqv. mag. L. l. 5. qv. 1. Iudæi etiam calumniantur Christum
 in Ægypto magiam didicisse. Horn. hist. phil. p. 262. (b) Sald. de usu & abusu lib. p. 150.
 (c) Hoornbeck. vet. & nov. L. l. c. 1. §. 7. (d) Vossius de Art. Gram. L. l. 9. Annius totus
 ex mendaciis compositus. Varia variorum Judicia de Io. Annio collegit Th. Pope Blount
 in Cens. celebr. Autor. sub h. n. (e) Polyh. l. l. c. 9. (f) fol. 143. (g) citante Ath. Kirch. Obel.
 Ægypt. T. l. synr. l. c. 8. (h) serm. 28. in Num. p. 316. ed. Bas. 1587. f. (i) Chronol. p. 14. A-
 lioquin de Enocho dicit Vossius de sect. Phil. p. 126. ed. cit. illum rerum naturalium sci-
 entia fuisse celebratum. (k) Io. Beidavius Scholiastes Alcor. Comment. in Surata Marin.
 (l) Euseb. H. E. l. VII. 8. Pr. Ev. IX. 5. Seld. de Diis Syris L. l. c. 1. Hott. Smeg. Orient. p.
 239. ed. cit. (m) Beidavius l. c. (n) Annal. p. 204. ed. Bas. 1567. f. Freculphus in Chron.
 Tom. 1. L. l. c. 12. Lud. Ballester in Onomatogr. sub nomine Henoch.

T. Θ. Δ.



Aug VI 15

ULB Halle

3

003 865 746



Sb.

Reho

VD 17

7





EXERCITATIO PHILOLOGICA,

DE

LIBRO
HENOCHI
PROPHETICO,

Quam

In Academia Wittenbergensi

PRAESES

M. JO. HEINR. ALBINUS,

Wirsberga Francus,

Et

Respondens

GOTHOFREDUS KLEINPAULUS,

Ziegenhayna Misnicus,

Ad Diem Junii A. E. S. MDCCVIC.

In Auditorio Sapientum

publico Eruditorum examini
submitunt.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS HAKIL.

